

moribus Achaeorum, Caesar adfixerat. pater quoque inlustris eques Romanus ac frater praetorius, cum damnatio instaret, se ipsi interfecere. datum erat crimini quod Theophanen Mytilenaeum proavum eorum Cn. Magnus inter intimos habuisset, quodque defuncto Theophani caelestes honores Graeca adulatio tribuerat. (19) post quos Sex. Marius Hispaniarum ditissimus defertur incestasse filiam et saxo Tarpeio deicitur. ac ne dubium haberetur magnitudinem pecuniae malo vertisse, aurarias eius, quamquam publicarentur, sibimet Tiberius seposuit. inritatusque suppliciiis cunctos, qui carcere atfinebantur accusati societatis cum Seiano, nec cari iubet. iacuit immensa strages, omnis sexus, omnis aetas, inlustris ignobiles, dispersi aut aggerati. neque propinquis aut amicis assistere inlacrimare, ne visere quidem diutius dabatur; sed circumiecti custodes

4. *adfl.* M: *affl.* B. — *inl.* M: *ill.* B. — 2. *interficere* M. Solitus est in hac forma Medicet error, non infinitivus historicus, uti rarus est Doederlein; cui quidem infinitivo hic nullus est locus. — 3. *Theophanen* M: *Theophanen* B. — *mytilenaeum* M. — *CN.* M: *Graevus* B. — 5. *Sex.* M: *Seantus* B. — 6. *Habet deicitur*, non *deicitur*, M. — 7. *aurariasque* M. *Correxit* Muretus. (*aurarias quoque* coniecturae iam ab Ernestio dubitanter propositae, cui favore videtur Doederlein, hic locus non est.) — 8. *inr.* M: *irr.* B. — 10. *imm.* M: *imm.* B. — *inl.* M: *ill.* B. — 11. *ads.* M: *ass.* B. — 12. *inl.* M: *ill.* B.

Ponio Secundo cfr. 5, 8. — *adfixerat*] damnarat, ut opibus eorum potiretur. — *pater*] Pompeius Macer, cui Augustus *ordinandas bibliothecas delegaverat*. Suet. Jul. 56., dein procurator Asiae. V. mox Strabonis locum. (Ovid. Amor. 2, 18.) — *frater*] Pompeius Macer, qui in praetura Tiberium offendit. 1, 72. — *Theophanen*] M. Pompeius Theophanes. Strabo 13, p. 617: *Ούτος δὲ (Θεοφάνης) καὶ πολιτικῶς ἀνὴρ ἐπὶ τῆς καὶ Πολιτικῆς τῆς Μάγνης κατέστη φίλος, μάλιστα διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῆς, καὶ πάσας συνγκατέδωκεν αὐτῷ τὰς πρώτας ἐπιφανέστατον ἀνέδειξεν, νίον τε ἀπέλυτε Μάχρον Πολιτικῆον, ὃν τῆς Ἀσίας ἐπίτροπον κατέστησε ποτε Κάισαρ ὁ Σεβαστός. Καὶ πῦν ἐν τοῖς πρώτοις ἐξετέταται τῶν Τιβερίου φίλων.* Lips. De Theophane, Pompeii amico, vide e Cicerone congesta in Clave (imprimis pro Archia 10.) Burm. ad Vell. 2, 18, et Rychium ad h. l., qui de suspitione Freinsh. ad 1, 72. *avum* legendum putat: nam Theophanis filium fuisse Pompeium illum apud Strabonem, huius hos duos, si Straboni non fallit. verum est. *FR.* *Quaestio*

Theophanem hunc composuisse commentarios de Pompeii rebus gestis.

19. *Sex. Marius*] Cfr. Dio 58, 22. Nescio an hic idem ille Marius, qui ante *aurarias*] De Hispaniae aurariis cfr. Plin. 33, 21. — *Publicare* h. l. non est *für den öffentlichen Schatz einzahlen*, ut nostrates inde paratae in aerarium latae, sed *für Staatsgut erklären*, ut publice administrantur et redditus publici essent. *WALT.* *Sibimet* tamen *seposuit* significat eas non aerario, sed principis fisco vindictas esse. — *inritatus*] Significat crudelitatem eius non exsatiatam multitudinem punitorum, sed ultro incitatam, ut grassari cuperet in plures. *GRON.* Hinc eum cum Aiaae furentem comparat Iuvenalis de caede Seiani et assecularum eius loquens 10, 83: *Quam timeo, victus ne poenas exigat Aiaae, ut male defensus.* — *immensa strages*] Plurimos necatos esse testis etiam Dio 58, 14—16. Quomodo una die tunc saevitium sit, refert Suet. Tib. 61: *Viginti una die abieci tractique, inter eos pueri et feminae;*

et in maerorem cuiusque intenti corpora putrefacta adsectabantur, dum in Tiberim traherentur, ubi fluitantia aut ripis adpulsa non cremare quisquam, non contingere. interciderat sortis humanae commercium vi metus; quantumque saevitia glisceret, miseratio arcebat.

(20) Sub idem tempus C. Caesar, discedenti Capreas avo comes, Claudiam, M. Siliani filiam, coniugio accepit, immanem animum subdola modestia tegens, non damnatione matris, non exsilio fratrum rupta voce; qualem diem Tiberius induisset, pari habitu, haud multum distantibus verbis. unde mox scitum Passieni oratoris dictum percrebruit, neque meliorem umquam servum neque deteriorem dominum fuisse.

Non omiserim praesagium Tiberii de Servio Galba tum consule; quem accitum et diversis sermonibus pertentatum postremo Graecis verbis in hanc sententiam adlocutus «et tu, Galba, quandoque degustabis imperium,» seram ac brevem potentiam significans, scientia Chaldaeorum artis, cuius

1. *ads.* M: *ass.* B. — 2. *Habet Tiberim*, non *Tiberim* Beroaldi, M. — *adp.* M. *app.* B. — 5. *C. M.* *Gaius* B. — 6. *M. M.* *Marci* B. — 7. *exilio* M. — 8. *hau* M. — 9. *percrebruit* M: *percrebuit* B. — 10. *umq.* M: *unq.* B. — 11. *Habet Servio* omnibus literis M. — 12. *pertentatum* M. — 13. *hac* M.

cissim inter se participes esse audebant, naturalis illius doloris, quo afficimur, ubi insigne aliquid infelicitis sortis humanae exemplum videmus, praesertim in propinquis et amicis, sed eum prorsus premebant luctumque omnem occubabant. Quaedam huc Terentianum illud: *Homo sum; humani nihil a me alienum puto.* — («Quod alteri acciderat, ab altero accipiebat, tamquam ad se non perlineret.» *WALT.*)

20. *M. Siliani*] Cfr. 2, 59. 3, 24. et 57. *A Caligula interfectus est.* Hist. 4, 48. *Agric.* 4. Iuniam Claudiam vocat Suet. Cal. 12., quod caput totum eum hoc conferendum est. — *immanem animum - tegens*] Cfr. Suet. Cal. 10. — *fratrum*] Unus Nero in exsilium actus erat, alter, Drusus, in ima Palatii parte tum custodiebatur, quasi exsul, scilicet domo principaliter. *WALT.* *Aiaque*, ut omnibus manifestum erat, vel exsilio vel etiam neci erat destinatus. — *rupta voce*] exquisitus quam «prorumpens in vocem quasi invitus»; sic Graeci *ἔρξατο φωνήν.* — *qualem diem*] Locum ante *Gronovium* misere sollicitatum ipse egregie sic explanavit in Obs. 1, 2: «Qualem habitum, animum vultumque quovis die

pitur pro fortuna quam fert, et pro varietate illa vitae et humanorum propositorum, quae indit dies mutatae. Notum illud Homeri Odys. σ, 136: *τοτος γὰρ νόος ἐστὶν ἐκχθονίων ἀνθρώπων, οἷον ἐξ ἧμαρ ἔγγοσι παρῆρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.* (*On dirait bien en français, c'est son bon jour, c'est son mauvais jour, c'est son jour d'orage, de mélancolie, de gaieté; or, par où en juge-t-on? par l'extérieur qu'il revêt, pour ainsi dire, et de cette idée à induere diem il n'y a plus loin.* *BURN.*) — *Passieni*] Erat is C. Passienus Crispus, Neronis vitricus (Suet. Ner. 6.) saepe memoratus Senecae patri, ut *Contr.* exc. 3. et *Quintiliano*, qui *incunditatis insignem* vocat 12, 10, 11. Ceterum impunitum mansit acerbum illud dictum; nam *Claudii* temporibus mortuus est. *Suet.* l. 1. — *praesagium Tiberii*] *Pugnat* *Suetonius*, qui non *Tiberio* sed *Augusto* hoc tribuit, et de puero Galba, non (ut hic *Tiberius*) de consule. *Galb.* 4: *Constat Augusto puero adhuc, salutanti se inter aequales, apprehensa buccula dixisse: Καὶ σὺ, τέκνον, τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παρατρέψῃ.* *A Tacito*

apiscendae otium apud Rhodum, magistrum Thrasullum habuit, peritiam eius hoc modo expertus: (21) quotiens super tali negotio consultaret, edita domus parte ac liberti unius conscientia utebatur. is litterarum ignarus, corpore valido, per avia ac derupta (nam saxis domus imminet) praeibat eum, cuius artem experiri Tiberius statuisset, et regredientem, si vanitatis aut fraudum suspicio inceserat, in subiectum mare praecipitabat, ne index arcani existeret. igitur Thrasullus isdem rupibus inductus postquam percunctantem commoverat, imperium ipsi et futura sollerter patefaciens, interrogatur an suam quoque genitalem horam comperisset; quem tum annum, qualem diem haberet. ille positus siderum ac spatia dimensus, haerere primo, dein pavescere, et quantum introspiceret, magis ac magis trepidus admirationis et metus, postremo exclamat ambiguum sibi ac prope ultimum discrimen instare. tum complexus eum Tiberius praescium periculorum et incolumem fore gratatur; quaeque dixerat, oracli vice accipiens, inter inimicos amicorum tenet.

(22) Sed mihi haec ac talia audienti in incerto iudicium est, fatone res mortalium et necessitate immutabili an forte volvantur. quippe sa-

4. *apud M.* — Habet *Thrasullum*, non *Thrasulum*, M. — 2. *super tali*] *superta M.* Mutavit Pichena. (*quotiens reperto negotio Seyffert.*) — 7. *existeret M.* — 8. *solenter M.* — 10. *spacia M.* — 11. *pavescentie M.* Correxerit Beroaldus. (*pavescentis* Iac. Gronovius.) — 15. *vici M.*

mirabilis erat, si tale praesagium de puero iam Augustus fecerat, unde factum, ut hoc Suetonii auctor praeferreret. (Ceterum adv. *quandocumque* hoc est, quandocumque) seram potentiam, v. *de gustabis* brevem Tiberius significavit. Frustra ad hunc locum haesit Ernestius. RITTER. — *Thrasullum*] Qui etiam de re medica libros composuisse videtur laudante Plinio plus uno loco. LRS. Videlicet utraque ars et astrologia et medicina facile tum coniungi poterat, praesertim apud Tiberium, senem libidinis habitus confectum. Ceterum cfr. Dio 55, 14. et Schol. Iuven. ad 6, 576. Imprimis memorabile est Iuliani testimonium in Ep. ad Themistium p. 265. Spanh.: *Θράσυλλος, Τιβέριω περιφωρῶ καὶ φῶσει χαλεπῶ τυράνῳ συγγενόμενος, εἰ μὴ διὰ τῶν καταλειφθέντων ἐπ' αὐτοῦ λόγων ἀπελογιάστο, δειξάς ὅστις ἦν, ὥφειλεν ἂν εἰς τέλος αἰσχύνῃ ἀναπάλακτον. οὕτως αὐτὸν οὐδὲν ὤνησεν ἡ πολιτεία.* Ad hunc autem Taciti locum cfr. Suet. Tib. 44.

24. *super tali negotio*] quod eiusmodi illi videretur, ut de eo mathematici con-

pientissimos veterum, quique sectam eorum aemulantur, diversos reperies, ac multis insitam opinionem non initia nostri, non finem, non denique homines dis curae; ideo creberrime tristia in bonos, laeta apud deteriores esse. contra alii fatum quidem congruere rebus putant, sed non e vagis stellis, verum apud principia et nexus naturalium causarum; ac tamen electionem vitae nobis relinquunt, quam ubi elegeris, certum imminendum ordinem. neque mala vel bona quae vulgus putet: multos qui conficiari adversis videantur, beatos, at plerosque quamquam magnas per opes miserimos, si illi gravem fortunam constanter tolerent, hi prospera inconsulte utantur. ceterum plurimis mortalium non eximitur, quin primo cuiusque ortu ventura destinentur; sed quaedam secus, quam dicta sint, cadere, fallaciis ignara dicentium: ita corrumpi fidem artis, cuius clara documenta et antiqua aetas et nostra tulit. quippe a filio eiusdem Thrasulli praedictum Neronis imperium in tempore memorabitur, ne nunc incepto longius abierim.

(23) Isdem consulibus Asinii Galli mors vulgatur, quem egestate cibi peremptum haud dubium, sponte vel necessitate, incertum habebatur.

1. *reperias* pr. M. Correxerit eadem manus. — 3. *creberrima et tristia M.* Correxerit Freinsheimus. — 8. Habet *at M.* Ante Bekkerum edebant *ac.* — 11. *distinentur M.* — 15. *M* habet *incepto*, non *incepto* Beroaldi. — *aberrem* Heinsius. — 17. *haud dubium M.*

2. Cap. 7. Sect. 5, 22. — *creberrime tristia - - esse*] Non erat, cur in hac indubitabili Freinsheimii correctione haereret Walther; exquisitius, mutata etiam, ut solet, constructione *in - - apud*, dictum est pro simplici *creberrime tristia bonis - - accidere.* — *contra alii*] Stoici. Cfr. Cic. de N. D. 2, 30., et ad h. l. imprimis Chrysippus apud Gell. 6, 2. Seneca Nat. Q. 2, 35. 36. Id. de Benef. 4, 7; *Hanc eundem deum et fatum si dixeris, non mentieris. Nam cum fatum nihil aliud sit quam series implexa causarum, ille est prima omnium causa, ex qua cetera procedunt.* — Aique de tota antiquorum de fato doctrina praeter Ciceronis reliquias et Plutarchi libellum *περὶ εἰμαρομένης* v. Alexandrum Aphrodisiensem patruelli mei, Io. Contr. Orellii. Turici 1824. — *non e] βραχυλογία* pro *non e vagis stellis* pendere, verum esse earum regimen apud principia cet. — *apud principia*] Quidquid enim accidit, ex immutabili causarum cohaerentium serie fatalique quadam ne-

cum facti necessitate, quam aequae agnoscere debemus, conciliant. Liberi autem arbitri auctoribus Stoicis summa in eo versatur, ut naturae convenienter vivas. BACH. — *quam*] manifesto refertur ad *vitam*; quod cur durius visum sit Ernestio, parum intelligo. — *prospera*] Apparet esse ablativum ad v. *fortunam*; non accusativum plur., uti ratus est Ernestius, quae antiquiore v. uti constructione nunquam vitur Tacitus. — Ceterum cfr. Solon apud Herod. 1, 32: *πολλοὶ μὲν γὰρ ζήλον τοῦ ἀνδρώπων ἀνόλοιστο εἶσι. πολλοὶ δὲ μετρίως ἔχοντες βίου, εὐτυχεῖς.* — *fallactis*] fraude mathematicorum ea praedictum, quae ipsi ignorent. — *fidem artis*] cui quidem ipse Tacitus non multum fidebat. Cfr. Hist. 1, 22. — *memorabitur*] Et memoratum est, non ut editores asseverent omnes, in libris deperditis, sed 14, 9, suppresso quidem filii Thrasylli nomine. Doed. — Etiam Dio 61, 2. tacet mathematici a Nerone consulti nomen.